



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 110. P. Guilielmus Balduinis ob conjurationis suspicionem in Angliam deductus, & innocens declaratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

*lumnias anonymi cujusdam Scriptoris Gal-* Sæc. XVII.  
*lici, qui cædem Henrici IV. in eadem Ci-* A. C. 1610.  
*uitate publice pro concione, suffragante Ma-*  
*gistratu, laudatam, Et alia quædam falsa*  
*de eodem Senatu in annalibus suis comme-*  
*morat.*

§. CX.

*P. Guilielmus Balduinus ob conjura-*  
*tionis suspicionem in Angliam de-*  
*ductus, Et innocens*  
*declaratus.*

Jam ante obitum Elisabethæ Angliæ *Merc. Gal-*  
 Reginæ P. Guilielmus Balduinus Je- *lobelg. l. c.*  
 fuita natione Anglus Londini in carce- *Juven. hist.*  
 rem, quem S. Birgittæ puteum vocant, *Soc. l. 13.*  
 detrudebatur, ubi, ne se Sacerdotem *part. 5.*  
 Anglum proderet, nonnisi Italica re- *pag. 174.*  
 sponsa dedit, atque intermixtis aliquot *Alegambe*  
 latinis vocibus inconditis ac barbaris *Bibl. Script.*  
 personam adscititiam belle sustinuit, *Soc. p. 312.*  
 tandemque uni e custodibus pecuniam *Jac. Franc.*  
 pollicitus, liber evasit, in Belgium sece- *relat. Hist.*  
 dens, cum vero in invidiam *putverariæ*  
 conjurationis vocaretur, diu latere, ne *p. 7. Et. 203.*  
 in Angliam raperetur, coactus est. De-  
 mum securitatis studio hoc anno Ro-  
 mam proficisci statuit: agnitus tamen  
 in itinere, etsi peregrino habitu indu-  
 tus esset, Franckendalæ captus, cate-  
 nisque onustus a Friderici Electoris Pa-  
*Hist. Eccles. Tom. LIV. L. I. latini*

Sæc. XVII. latini militibus Heidelbergam deduci-  
 A. C. 1610. tur, inde vero Rotterodamo Briellam  
 raptus & Anglicæ navi impositus, ad-  
 junctis etiam decem Fœderatorum na-  
 vigiis in Angliam deportatur, traditus  
 Eduardo Roberti Cæcili Catholicis in-  
 fensissimi Fratri Germano: Confestim in  
 publicis etiam novellis spargebatur, quod  
 Pater Balduinus in Londinensi turri in-  
 clusus, ac quæstioni subjectus promissa  
 vitæ gratia, plures hujus conjurationis  
 conscios, aliaque prorsus singularia ma-  
 nifestarit: Hoc tamen rumore hand  
 territus, Archidux Albertus Jacobum  
 Angliæ Regem datis literis, ut sibi  
 hunc Patrem redderet, petiit. Promi-  
 fit Rex, daturum se operam, ne reo  
 molestiæ quicquam aut periculi crearetur,  
 si probaretur innocens. Produ-  
 cuntur testes, proferuntur acta, & imple-  
 met Balduinus in judicium sæpius pro-  
 ducitur, qui tamen omnia diluit, ex-  
 plicuit, atque ita demonstravit, ut Ja-  
 cobus Rex Balduinum innocentem de-  
 clararet, quamvis illum nonnisi evoluto  
 octennii spatio dimitteret, postquam ejus  
 libertatem potissimum Sarmientus Co-  
 mes Hispani Regis Orator sollicitaverat.

## §. CXI.

*Calvinianæ sectæ libertas in Gallis  
 edicto publico asserta.*

Justis